reus poſſit grauius puniri. Reſp. Bar. in l. 1. num. 2. C. de ſuper exactor. libro 10. dicit, quod licet aliàs crimina non eſſent capitalia, poteſt tamen reus t *propter conſuetudinem delinquendi puniri pœna mortis. Et ſecundum hanc opin. aliquando fuiſſe practicatum in ſacro conſilio Neapolitano atteſtatur Gram. conſ. crim. 17. num. 16. & voto. 7. per totum, vbi refert fuiſſe ad mortem condemnatum quendam, qui eodem tempore quinque vxores habebat. Idem etiam practicatum fuiſſe per Parlamentum Pariſienſe refert Papo. libro. 24. tit. 10. arreſto 9. Sed idem Grammat. deciſ. 16. numero 7. dicit, quòd quicquid ſit in puncto iuris, hoc in practica non recipitur, vt ſcilicet propter conſuetudinem delinquendi pœna ordinaria augeatur. Et hæc opin. mitior eſt, & illam ſequi ſolet ſenatus, qui nunquam in delictis non capitalibus propter quamcunque reiterationem ſolet pœnam mortis imponere, ſed tantummodo, vel torturam atrocibus inferre, vel ad extraordinariè puniendum grauius arbitrari.*

7 *Vltimo quæro, nunquid plures* u *delinquentes ſimul contra vnum teneantur omnes in ſolidum. Reſp. quòd ſic, vt eſt text. in l. ſi plures, ff. de iniur. & eſt communis regula, vt atteſtatur Natta conſilio 79. nu. 10.*

28 tur, vt quis dicatur † reiteraſſe, & ſæpiùs commiſiſſe. Luc. de Pen. in l. vnica, C. de ſuperexact. l. 10. & ſecundum Gramm. deciſ. 16. conſuetudo delinquendi inducitur per duas vices, & in deciſ. 36 num. 9 & Simon de Pret. conſil. 104. vbi tenet, hoc procedere etiam, quòd in tortura confeſſus non fuerit, ſed ꝙ tantum ſit conuictus: & ibi numero 25. dicit, ꝙ reiteratio delictorũ aggrauat pœnam, etiã quod pluries fuerit punitus: & num. 46. dicit, quòd licet regulariter tortura paſſa tollat pœnam ordinariam hoc nõ procedit, ſi in reo ſit frequentia delictorũ capitalium.

29 Item adde, † quòd reiteratio auget pœnã, quando conſuetudo delinquẽdi eſt in eodem genere, ſiue ſpecie mali, & quod delicta verè ſint probata, & quod de dictis delictis fuerit punitus, vel gratiatus à lege, vel ab homine, ita declarat Anguiſſol. in conſilio decimooctauo, libro 1. Baiard.

t *Propter conſuetudinem delinquendi.*] Supra in §. furtum, verſicul. ſed an pro furto magno, & ibi magis mala furandi conſuetudo habetur in conſideratione quam rei valor, prout è conuerſo aliquando hominis probitas, rigorem iuris temperat, & illa habetur conſideratione, Capycius deciſione 203. poſt numerum decimumſeptimum.

Item vagabundi, qui aliàs delinquere ſolent, torquentur nullis alijs præcedentibus inditijs, ſupra quæſt. 64. verſic. Sed pone, in fin. *Drogh.*

u *Plures delinquentes.*] Et ideò moriente ex pluribus vulneribus à pluribus illatis tenentur omnes de homicidio, (licet non puniantur omnes pæna mortis) extraordinariè, iudicis arbitrio ſupra in §. homicidium, verſiculo aut plura poſt mediũ Dec. in d. l. fauorabiliores, num. 60. de regul. iur. Men. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 362. *Drogh.*

Plures delinquentes.] Aduerte tamen, quod condemnatio
*29 † vnius ex pluribus, qui tenentur de eodem crimine non nocet alteri, text. & ibi Bal. in l. & ſi crimine, Cod. de adult. *Giach.*

Plures delinquentes.) Adde, quod ſi extaret ſta-
30 tutum, † quod committens furtum valoris, puta decem ſcutorum, pœna mortis puniatur; ſi plures facerent inſimul furtum dicti valoris, quo inter eos diuiſo, quælibet pars non aſcendit ad dictam ſummam, nihilominus omnes poterunt ſuſpendi, quia quilibet tenetur inſolidum. Andre. de Iſern. in rit. de pace tenenda, §. ſi quis quinque ſolidos, col. fin. & allegat tex. in l. 1. C. de condit. furt. & idem tenuit Ioann. Antonius de Nigris, in capitulo decimo, incip. ad hoc, num. 61.

Item adde, quando plures committunt delictum, an ſententia abſolutoria, vel condemnatoria lata in perſonam vnius proſit, vel noceat alijs, latè per Gomeſ. de delictis, cap. 1. nu. 88. vbi facit plures concluſiones.

Item adde, ſi plures committunt furtum, vel rapinam, an omnes teneantur ad reſtitutionem inſolidum, & ſi in vtroque foro; & ſi vnus eorum reſtituat inſolidum, an cæteri huic pro æquis portionibus ſatisfacere teneantur, latè Couarruuias in ſecunda parte relectio. §. duodecimo, numero tertio, & quarto, de hac habetur etiam per Theſaurum in deciſione ducenteſima quinquageſimaquarta. *Baiar.*

QVÆST. LXXXV.

Explicantur multa ad quę iudex in pęnarum impoſitione maximè debent animaduertere.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Iudex an debeat imponere delinquenti pœnam loci originis domicilij, vel delicti.*
2 *Et quid ſi delinquens ſit forenſis, an poſſit puniri ſecundum ſtatuta loci, in quo delictis.*
3 *Et quid ſi illud delictum non ſit à iure communi prohibitum.*
4 *Et an ſtatuta pro delictis pœnas imponentia ligent etiam ſubditos delinquentes extra territorium.*
5 *Et an pone ſtatutorum pro delictis impoſitæ, tollant pœnas pro eiſdem delictis à iure communi impoſitas.*
6 *In pęnis alternatiuè impoſitis cuius ſit electio iudicis, an rei.*
7 *Et quid ſi ſtatutum diſponat, quòd quis pro delicto condemnetur in centum libris, quas ſi non ſoluerit intra decẽ dies, amputetur ei manus, an eo caſu poſſit iudex omittere pœnã corporalem, & exequi pecuniariam.*
8 *Et quid conuerſo, ſtante ſtatuto quod non comparens ponatur in banno de quo non eximatur, donec ſoluerit mille an ſi ipſe velit ſtare in banno, poſſit iudex eum cogere ad ſoluenda mille.*
9 *Vbi agitur de pœna imponenda ex aliqua ſpeciali conſtitutione, debent omnes qualitates verificari, de quibus in ipſa conſtitutione ſit mentio.*
10 *Iudex an poſſit ex cauſa minuere pœnam ordinariam pro aliquo delicto a iure communi, vel ſtatuto impoſitam.*
11 *Et an poſſit illam commutare, ſi delinquens non eſt capax illius pœna.*

Ex Additionibus.

1 *Inquiſitio contra delinquentem extra territorium quomodo ſit formanda.*
2 *Statutum imponens pęnam nouam, an cenſeatur recedere a pœna iuris communis.*
3 *Iudicis arbitrium ceſſat, vbi lex, vel ſtatutum ſpeciatim pęnam imponit.*
4 *Et quæ nam ſit imponenda, ſi tempore delicti erat vna pœna, & tempore ſententia alia diuerſa.*
5 *Et quid in cauſa appellationis.*
Pœna] ſi imponitur a iure canonico, & alia a iure ciuili, an vtraque reus ſuſtineat, ibidem.
6 *Alternatiua pœnarum exiſtente cui detur electio Iudici, vel reo.*
7 *Pœna minor eſt eligenda.*
8 *Pœna vna electa non admittitur variatio.*
9 *Mortis electio an poſſit remitti arbitrio rei.*
10 *Statutum, quod non ſoluenti in terminum amputetur manus, an requirat monitionem.*
Et quid ſi non ſpecificetur tempus in ſtatuto, num. eod.
11 *Et an ſtante tali ſtatuto admittatur procurator.*
12 *Et ſi elapſo termino ſoluerit cenſetur remiſſa pœna manus.*
13 *Et an Iudex elapſo termino poſſit eligere pœnam pecuniariam.*

Et

14 *Et dictum ſtatutum quomodo ſit intelligendum.*
15 *Et an ſi notoriè non ſit ſoluendo, adhuc debeat ſpectare tempus ſtatuti.*
16 *Et ſi in defectum pœnæ pecuniariæ debet decapitari, requiritur dolus.*
17 *Qualitates à iure præſumptæ an ſint probandæ, vel ſolum allegandæ.*
Et quid ſi inſunt de natura rei, nu. eod.
18 *Statuto puniente vtentem falſo inſtrumento dolosè, an dolus ſit probandus.*
19 *Libellus ſufficit quid præſumptiuè concludat.*
20 *Qualitas in inquiſitione non probata, an poſſit probari poſt ſententiam ad augendam pœnam.*
21 *Qualitas probanda debet probari, tam agendo, quam excipiendo.*
22 *Niſi in fine accuſationis fuerit petitum, reum condemnari ſecundum formam iuris, conſtitutionum, & ſtatutorum.*
23 *Iudex ex cauſa poteſt alterare pœnam ſtaturariam, & conſuetudinem.*
Iudex poteſt minuere pœnam ex cauſa, licet lex præcisè illam pœnam imponat, nu. eod.
Et hoc etiamſi Iudex non haberet facultatem diſpenſandi, num. eod.
24 *Etiam quod iuraſſet ſeruare ſtatutum.*
25 *Item mitigare pœnam ſtatuto puniente delictum attentatum, ſicut perfectum.*
26 *Item ſi pro modica ſumma pœna mortis imponatur à ſtatuto.*
27 *Iudex ex cauſa poteſt in ſentent. a reſeruare famam condemnato.*
Item notario condẽnato de falſo famam, & exercitium, ibid.
28 *Iudex on teneatur mitigare pœnam.*
Et quando poſſit eam alterare, remiſſ. ibid.
29 *Et an in ſententia teneatur exprimere cauſam.*
30 *Et quid in Regno Neapol. remiſs.*
31 *Magiſtratus minor quis dicatur.*
Cauſæ coherent delicto, & extrinſeca, quæ dicantur, ibid.
32 *Iudex non poteſt facere compoſitionem poſt ſententiam incõſulto principe.*
33 *Nec etiam poſt appellationem, cui fuerit renunciatum.*
34 *Compoſitio vt valeat, quid requiratur.*
35 *Et quid ſi in ſententia non fuerit expreſſa pœna.*
36 *Iudex imponens minorem pœnam ſine cauſa, quomodo puniatur.*
37 *Iudex in compoſitionibus non debet eſſe nimis liberalis, alias præſumitur fraus.*
Compoſitiones in Regno Neap. quomodo fiant, ibid.
38 *Iudex alterius pœnam, an debeat cauſam exprimere.*
Et quid ſi poteſt adiri ſuperior, ibidem.
39 *Pœna mortis in Regno Neap. non poteſt commutari, niſi ad triremes.*
Quod tamen non procedit in officialibus Baronum, ibid.
Nec ſeruatur de conſuetudine, ibid.
40 *Confiſcatio bonorum non habet locum, quando imponitur pœna extraordinaria.*
41 *Iudex mitius punire debet nè reus moriatur.*
Manus non debet amputari patrifamil. habenti plures filios infantes, ſed debet potius relegari.
*41 *Mulier publicè torqueri non debet.*

ADDITIONES, QVÆST. LXXXV.

Ad Quæſt. lxxxv.

1 *SEd* a *quoniam plerunque propter diuerſitatem fori originis, domicilij, vel delicti, & eorum locorum iura, vel ſtatuta diuerſas pœnas imponentia in faciendis condemnationibus dubitari ſolet, quæ pœna pro delictis ſit imponenda, videamus, an iudex debeat imponere pœnam loci originis, vel loci delicti, & an pœnam iuris communis, vel ſtatuti. Et quia materia eſt valde intricata, diſtinguendi ſunt nonnulli caſus.*

Primus eſt, quando iudex loci delicti procedit contra delinquentem, qui eſt ſibi ſubditus etiam b *ratione originis, ſeu domicilij. Et hic caſus modicam habet difficultatem: nemo enim dubitat, quin ſit puniendus ſecundum leges, & ſtatuta ipſius loci. An autem quando in eodem loco reperitur vna pœna impoſita à iure communi, & alia à ſtatuto, debet iudex imponere pœnam ſtatutariam, vel pœnam iuris communis, dixi infra, verſiculo debent etiam.*

2 *Secundus eſt caſus, quando iudex loci delicti procedit contra forenſem, qui deliquit in ſuo territorio. Et hoc caſu: ſi quidem pro eo delicto non reperitur impoſita alia pœna per ſtatuta locorum, quam ea, quæ eſt impoſita à iure communi, nulla etiam eſt controuerſia, quo minus puniri debeat ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

Et in hoc pariter nemo dubitat. Punctus eſt, quando ſtatutum loci delicti imponit pro eo delicto aliam pœnam, nunquid poſſit iudex ipſius loci delicti condemnare huiuſmodi forenſem c *in pœnam ſtatuti: & ſic an ſtatuta pœnalia ſuper delictis ligent etiam forenſes. In qua quidem quæſtione aliqui ſimpliciter dicunt, quod iudex loci delicti poteſt punire delinquentem, etiamſi non ſit de iuriſdictione ſua, non ſolum ſecundum iura communia, ſed etiam ſecundum ſtatuta ſua. Et ita tenere communiter Legiſtas dicit Felin. in c. à nobis, il 1. num. 1. de ſent. excõmunicationis. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Abb. in c. fi. numero 24. de foro compet. Hanc quoque opin. dicit eſſe communem Felin. in d. c. fin. num. 24. & illam vbique ſeruari atteſtatur Alberic. in 3. parte ſtatut. quæſtione 1. Bartol. autem in l. cunctos populos, numero 21. C. de ſumma Trin. diſtinguit, quod, aut tale delictum eſt prohibitum etiam à iure communi, & eo caſu poteſt forenſi delinquens puniri etiam pœnis contentis in ſtatuto;* d *Aut vero non eſt prohibitum de iure communi, ſed ſolummodo ſecundum ſtatuta ipſa ciuitatis, vel loci: & tunc non punitur, niſi fuiſſet ſciens, vel ignorantia ſupina. Et hanc opinionem Bartol. oſtendit eſſe communem Iaſon. in d. l. cunctos populos, in prima lectur. numero trigeſimu, prout illum refert Boſſius in titul. de pœnit, numero decimooctano licet in libro meo aliter loquatur: quinimo (ni fallor) in 2. lectur. numero 67. concludit, quòd in iudicando melior eſt opin. contra Bartol. Hanc etiam opin. Bartol. dicit eſſe æquiorem, & magis communem Marſil. in l. fin. num. 81. ff. de iuriſd. om. ind. Plus dicunt Moder. ſuper conſuetud. Pariſ. §. 30. poſt numerum 150. quòd hæc eſt communis, & vera concluſio, quod etiam forenſes, & alij probabiliter ignorantes pœna à ſtatuto loci vltra ius commune impoſitas, nihilominus ſubijciuntur pœnis ſtatuti loci, in quo delinquũt, ex quo intẽdũt delinquere, & cõmittunt crimen a iure communi prohibitũ. Et illum refert Didac. in repet. c. alma mater, fol. 493.*

a SEd *quoniam plerunq.*) Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 4. *Roſſ.*

b *Ratione originis, ſeu domicilij.*] Adde ſupra quæſt. 82. ſtat. 3. circa principium, quæſt. 58. verſic. ſed quid dicendũ ad medium, infra hac eadem quæſtione, verſicul. fin. at quomodo reguletur compoſitio, quæ contra ſfroſatores fieri ſolet, infra quæſt. 65. verſ. hæc autem omnia in fine. *Drog.*

c *In pœnam ſtatuti.*] Farin. q. 108. vol. 4. n. 16. & 17. *Roſſ.*

d *At vero.*] Vide Clar. ſup. q. 60. verſ. quæro nunquid. *Roſſ.*

Quod

e *Quod poſſit forenſis.*] Farin. d. q. nu. 18. & 19. *Roſſ.*

f *Prætextu ignorantiæ.*] Scias tamen, in hac materia ſciētiæ, vel ignotantiæ proclamationum, quod de iure loquēdo de eis ſcientia non præſumitur, niſi elapſo bimeſtri à die publicationis; Nellus tract. de bānitis 3. par. 2. tēporis, q. 20. Fel. in c. cognoſcentes de conſtit. dixi ad ſtatuta Pallauic. in crimin. ſtat. 34. vide Din. in c. ignorantia, nu. 13. & 19. de reg. iur. in 6. fallit tamen, vt per Fel. in d. c. cognoſcentes, vbi vide.

g *Deferentes archibuſios rotatos*] Adde hic ſupra, q. 82. ſtat. 6. verſicul. Scias autem. *Drogh.*

h *Quando verò ſtatutū.*] Faciūt quæ dixi ſup. q. 38. verſ. tu ſcis vbi allegaui conſilium Bartol. & ꝙ pęna iuris communis attendatur, Vulpe. l. reſp. 121. in fin. at quod ſecundum ſtatuta originis, ſeu domicilij puniri debeat, Decian. dicit communē in tract. crim. lib. 4. c. 16. nu. 4. ſed contra Bal. conſil. 199. lib. 2. vbi Roueſcala in apoſtilla. Apud nos videtur caſus decidi per nouas conſtitu. tit. de accuſ. c. procedāt, § quòd ſi quis de conſtitutionis ſtatutorum noſtrorū pœna. *Roſſ.*

Quando verò ſtatutū.] Adde, quòd Barto. in d. l. cunctos populos, cōſiliū
1 tradit, † quod quando iudex format inquiſitionē contra extra territoriū delinquentem, dicat in concluſione, ſuper quib. omnibus, & ſingulis procedere, & inquirere intēdit ſecundū formam ſtatutorum huius loci, & eum culpabilem punire, & condemnare ſecundū formam iuris, & hoc dicit etiam Laurent. Tenn. in caut. quadrageſimaprima. *Baiard.*

i *Quod licet ſtatutum Brixiæ.*] Hinc elicitur, quod de iure communi pro homicidio non imponitur pęna confiſcationis bonorum, quicquid aliter ſupra dixerit, quæſt. 78. verſiculo multa autem, & verſiculo ceterum; nam ſi de iure communi procederet talis pęna, certè in hoc caſu ſeruata fuiſſet, ex quo eſſet pęna iuris communis ſupra quæſtione octuageſimaquarta, verſiculo ſed pone ad finem, vbi dixi, & hic adde, quòd in caſu, quo pater teneatur pro filio, vel Dominus pro ſeruo, non tamen tenetur pro tali delicto, alibi, & extra locum Statuti commiſſo, Iaſon in §. Actiones, numero octuageſimo octauo, Inſtitution. de Action. & hic adde, quòd forenſis citatus à iudice loci delicti, cum forenſis non ſit tali citanti ſubiectus, minimè reputatur haberi pro confeſſo; imò licèt

colum. 2. de ſentent. excommum. in 6. Hanc etiam dixit eſſe opin. communiter Doctorum Gand. in tit. de pœnis reorū, nu. 16. Et generaliter ꝙ delinquens debeat puniri pœna impoſita à ſtatuto loci in quo punitur, dicit eſſe communem concluſionē Marian. in c. poſtulaſti, num. 16. de foro competens. Hoc tamen intellige, vt procedat in pœnis ſecularibus; ſecus autem in pœna ſpirituali, prout eſt pœna excommunicationis à ſtatuto impoſita: illa .n. non ligat probabiliter ignorantes, etiam in actu à iure communi prohibito, & damnato. Et hanc opin. dicit eſſe communem Crot. in repet. capituli vt animarum, in fin. principij, de conſtitut. in 6. prout illum refert Didac. in loco præallegat. Et licet in punctè iuris hæc limitatio via poſſet ſuſtineri. cum non videatur ſubeſſe aliqua probabilis ratio differentiæ inter pœnam excommunicationis, & alias pęnas: nihilominus cum hæc opin. magis faueat animab. crederem non eſſe ab ea in iudicando recedendum.

3 *Sed quid ſi delictum, de quo agitur, non quidem ſit prohibitum à iure communi, ſed tamen per totam prouinciam, vt plurimum, vigeant ſtatuta illud prohibentia, prout eſt in extractione frumenti, quæ communiter per totam Italiam eſt prahibita per ſtatuta ciuitatum, vt per Bart. in loco præalleg. Reſpond. Bart. ibi tenet* e *quod poſſit forenſis etiam hoc caſu puniri pęna ſtatnti id prohibentis, nec poſſit ſe excuſare* f *pratextu ignorantiæ. Et dicit Corn. conſil, 64. in fin. libro 3. qnod in hoc omnes concordant. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Legiſtarum Imola in l. fin. §. licet quis. ff. de publica. Videtur enim eo caſu talis forenſis delinquens contra huiuſmodi ſtatuta eſſe in ſupina ignorantia; merito non eſt excuſandus. Ego tamē, quicquid ſit de rigore iuris, dicerem in prædictis caſibus ſtādum eſſe iudicis arbitrio, qui inſpecta facti, & perſonarum qualitate pro ſua religione decernet, an forenſis pleſtendus ſit pęna ſtatuti, vel in totum excuſandus, vel ſaltem pœna ex aliqua parte temporanda. Et ita ego in hoc ducato ſæpiſſimè vidi excuſari forenſes, qui moram non craxerant in Dominio, à pœna impoſita contra* g *deferentes archibuſios rotatos, & huiuſmodi: & conſulerem (vbi aliquo modo poſſet ignorantia dici probabilis) vt iudices ſemper in mitiorem partem inclinarent. Vide, quæ dixi ſupra quæſt. 82. ſtatut. 7. verſic. quæro nunquid.*

4 *Tertius eſt caſus, quando iudex originis, vel domicilij procedit contra ſubditum ſuum, qui deliquit extra territorium, an ſcilicet poſſit imponere pęnam ſtatuti loci originis; vel domicidij; & ſic an ſtatuta imponentia pęnam pro delictis, ligent ſubditos delinquentes extra territorium. Super quo opus eſſet deciſione Cæſarea, vt dicit Angel. in l fin. ff. de iuriſdiction. omn. iudic. prout illum refert Euerard. cōſ. 45. col. 3. verſ. Non obeſt etiā licet Ang. in lib. meo id non dicat. Et in hac quæſt. Bart. in d. l. cunctos populos, num. 47. & ſequen. tenuit, quod quando ſtatutum expreſſè loquitur de delinquentibus extra territorium, comprehendat ēt eos, qui extra territoriū delinquunt; & in hoc opin. Bart. communiter approbari dicit Socin. conſ. 302. nu. 4. in fi. lib. 2.* h *Quando vero ſtatutū ſimpliciter loquitur; tunc dicit. Bart. ꝙ iudex originis vel domicidij nō pōt punire ſubditū delinquentē extra territorum. niſi ſecūdū pœnam impoſitā à iure cōmuni, vel ſecundū ſtatuta loci, in quo deliquit, nōn aūt ſecundū ſtatuta ipſius locis originis, vel domicidij. Et hanc opin. dicit eſſe communē Alex. conſ. 111. poſt nu. 1. col. 2. verſic. & cū ſit, lib. 2. quē refert Pariſ. conſ. 159. nu. 6. lib. 4. & Ruin. conſ. 84. in fin. lib. 4. & Afflict. ſuper 3. par. conſt. Regni, rubr. 55. poſt nu. 19. & Rochus de conſuet. fol. 114. n. 20. & Boſſ. in tit. de pœn. n. 19. Idē atteſtatur. Augu. ad Ang. de malefic. in verbo, hæc eſt quędā inquiſitio, n. 84. Ita ēt cōmuniter teneri atteſtatur Felyn. in c. à nobis, il 1. n. 6. de ſent. excom. quē refert Pariſ. in d. conſ. 150. nu. 7. & ſeq. Deunnas regul. 146. Et ita pluries vidi àpud nos obſeruari, quia. ſ. vbi poterat haberi notitia ſtatutorū loci delicti, ſēper fuit impoſita illa pęna, licet per conſtitutionis huius ducatus alia pęna eſſet impoſita. Et in ſpecie ita concluſum fuit in ſenatu in cauſa cuiuſdā Thomæ Bologinini cōtra quē procedebatur pro vulneribus animo deliberato illatis cuidam in caſtris Senarū 15. Octob. 1556. D. P. & memini, ꝙ cū Illuſt. Alexander Vice comes, tunc Senator, & Propter Cremonæ condemnaſſet quēdā Adā Tinctū Cremonenſem pro vxoricidio per eum cōmiſſo ſuper territorio Brixienſi, in amputatione capitis abſque bonorū confiſcatione, & fiſco reclamēte fuiſſet ei conceſſa reſtitutio in integrum: Senatus intellecto* i *quod licet ſtatutū Brixiæ pro eo delicto imponeret pœnā confiſcationis bonorum, nihilominus ex conſuetudine illius curiæ non ſolebat talis pœna imponi, & quod prius idem Adam fuerat pro eodem delicto à Prætore Brixiæ condemnatus ſo-*

licet ſit contumax, audiri debet à proprio iudice contra eum procedente vigore Statuti, de pœna delinquentis extra territorium; ita Marſ. in ſua pract. §. poſtquam n. 65. quod quidem ſtatutum eſt conforme iuri communi per text. in cap. fin. ex. de for. competēt. quæ ſic intellexit Hipp. Marſ. in ſua pract. §. opportunè num. 32. in fin. vide, quæ dixi ad q. 31. verſ. ſed hęc quidem. *Drogh.*

K *Bene verum eſt.*] Adde, quod hanc quæſt. irridet in ſimili materia, Iaſ. in §. omnium, n. 152. cum ſeq. inſtitut. de act. eamq. decidit, vt ibidem, & vide Capyc. dec. 130. nu. 21. nota tamen rarò ſolere iudices condemnare iuxta ſummam in ſtatutis, vel legibus comprehenſam, ſed ſecundum ordines, vel decreta Principum, alteratæ namque ſunt ferè omnes, & auctæ ſtatutorum pœnæ, ſupra q. 31. verſ. ſecundum formam, quicquid in contrariū latè adducat Boer. ad conſuetud. Bitur. tit. 2. §. 16. ad fin. qui tamen diſtinguit, an expreſſè debeant tolli pœnæ iuris cōmunis, & antiquæ, an verò tacitè, vt ib. per eum, & latius per Menoch. tractat. de recuper. poſſ. remed. 9. q. 50. & firmat tractat. de arbi. iud. lib. 1. q. 80. numer. 16. & lib. 2. cent. 4. caſ. 342. nu. 17. latius lib. 2. cent. 3. caſ. 376. maximè à n. 23. cum ſequentib. videatur tamen Crauett. de antiq. temp. par. 4. verſ. 1. nu. 113. mihi tamen videntur opiniones contrariæ concordari poſſe, quia aut delictum eſt commiſſum tēpore veteris legis, & tūc etiam noua ſuperueniente iudicari debet ſecundum illud tempus: aut eſt commiſſum delictū ſecundnm tempus nouæ legis, & iuxta illius tenorem ſumitur pœna, & hoc eſt ſecundum mentem Felin. in capitul. final. coll. 5. extra de conſtitut. allegat capitul. dixit ſacra 22. quæſt. 4. vbi dicitur, quod pęna criminis ex tempore legis eſt, & ibidē, vide ſuper hoc in octaua fall. coll. 14. vide tamen Felin. aliter cōciliantem in c. nonnulli, coll. mihi 28. de reſcript. quia videlicet plures leges pœnales poſſunt ſuper eodem facto diſponere, niſi appareat de cōtraria mente vltimo ſtatuētis, allegat l. qui cum vno, § qui poſt, in verbo receſſum, ff. de re mili. ex Bald. de quo ibid. per eū, latè Bart. in rubr. ff. de vi bon. rapt. & per Angel. Aret. in § quadrupli, nu. 23. Inſtit. de act. per Ant. Gomeſ. tit. de delict. c. 1. ſub nu. 39. Boſſ. tit. de off. corrupt. ſub num. 9. vbi pulchrè. *Drogh.*

Bene verum eſt.] Farin. q. 119. volum. 5. num. 30. inſpect. 2. *Roſ.*

Bene verum eſt.] Adde, quòd iſtam quæſtionem multum diffusè tractauit Menoch. de recuperand poſſeſſ. remed. 9. quæſtio. 51. & ſi extaret ſtatutum, prout extat in multis locis, quòd pęna corporali nullus puniatur, niſi lege municipali caueatur, quomodo eſſet intelligendum, vide Alexand. conſ. 75. col. 5. vol. 3. & conſ. 135. in vltima column. vol. 1. & Bald. in conſ. 384. vol. 5. Item adde, ſi vna lege
2 vel ſtatuto † imponitur pœna mortis homicidæ, & alia lege, vel ſtatuto conceditur Iudici, quòd in omnibus cauſis criminalib. poſſit ſuo arbitrio procedere, & pęnam imponere non poterit Iu-
3 dex † pro homicidio pęnam arbitrari, etiam ſi ſtatutum ſpeciale præcederet, dummodo à legiſlatore cognitum fuiſſet, ita late Menoch. de arbitr. iudic. q. 97. niſi ſtatutū ſpeciale de homicidio præcedat, & generale de arbitrio ſequatur cū clauſula non obſtante aliquo alio ſtatuto in contrariū loquente, quia tunc ſpeciale ſtatutum de pœna homicidij ſublatum eſt, Bald. in cap. 1 de reſcrip. & Menoch. vbi ſup. n. 3.
4 Item adde, ſi † tempore delicti ſtatutum puniret vno modo, tēpore verò

lummodo in amputatione capitis, omiſſa bonorum confiſcatione, confirmauit ſententiam latam per ipſum Illuſt. Vicem comitem, & fiſco ſilentium impoſuit. 19. Decembr. 1548. P. N. Et ideo à prædicta diſtrinctione non recedas in iudicando, quamuis (vt dixi) Marian. in d. c. poſtulaſti, numer. 16. generaliter dicat communem concluſionem eſſe, quòd delinquens debeat puniri pęna impoſita a ſtatuto loci, in quo punitur.

An autem poſſit iudex loci homicidij, vel originis procedere contra ſubditum, qui deliquit extra territorium, per viam inquiſitionis, dixi ſup. quæſtione 39. verſ. ſed quæro.

5 *Debet etiam iudex aduertere, quia ſi pro aliquo maleficio ſit impoſita aliqua pęna per ius commune, vel aliam legem antiquam, poſtea fuit condita lex noua, vel ſtatutum imponens aliam pœnam pro eodem maleficio, eo caſu imponenda eſt pena ſtatuta a lege noua, non autem à lege antiqua, vel a iure communi.* k *Bene verū eſt, quòd in hoc articulo variæ fuerunt aliquando opin. Doctorum: nam aliqui tenuerunt, quòd per ſtatutum imponens pœnam nouam non intelligatur ſublata pœna iuris communis Et ita poſt non nullos antiquos tenuit Bartol. in l. 1. numero primo. ff. de vi bonor. raptor. Et hanc opin. comm. teneri atteſtatur Cyn. in l. qui ſepulcra. C. de ſepul. viol. quem refert Anchar. in capitulo gener. de regul. iur. in 6. & Caccialup in repet. l. omnes populi, numero. 90. ff. de iuſtit. & iure. Idem dicit Bald in l. non eſt nouum, ff. de legibus quem refert Aug. ad Angel. de malef. in verbo. Et ibi eſt caput, numer. 9. Et hāc opin. teneri per doctor. atteſtatur Ang. in d. l. qui ſepulcra, verſic. in tex. ibi. nihil enim. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Abbas in c. de cauſis, numero 14. de offic. deleg. Idem dicit Salic. in. d. l. qui ſepulcra, poſt num. 6. ver. quæro nunc, C. de ſepul. viol. prout illum refert Anan. in c. fi. numero 16. de collu. deteg. qui tamen hoc expliciter non atteſtatur, imò dicit, quod licet quo ad natiuitatem ſit dubium, tamen quo ad executionem omnes tenent, quod pœna ſtatuti tollat pœnam iuris communis, Berous in d. c. de cauſis, num. 75. Contrariam autem opin. quod ſcilicet per pœnam ſtatutariam ſit ſublata pœna iuris tommunis, tenuit Bald. in l. data opera, num. 19. & ſeq. C. qui accuſ. non poſſ. ſubdens; quod fatuus eſſet iudex, qui aliam pœnam imponeret, quam ſtatutariam: & dicit Pract. Carer. fol. 519. numero 14. quòd hanc opin. tenent omnes Doctor. Hanc etiam opi. dicit eſſe communem Dec. in d. c. de cauſis, numero 14. in. fi. prout illum refert Alci. conſ. 453. poſt numerū 5. verſic. non obeſt igitur: Marſ. in pract. crim. §. quæritur poſt num. 6. quem refert Viuius in libro communium opi. in verbo, ſtatutum imponens. Dicit etiam Blanc. in pract. crim. fol. 72. num. 61. & ſeq. quod hæc opinio videtur magis communiter recepta, & quòd ita communiter practicatur. Et dicit Albe. in prima parte ſtatutorum, q. 8. num. 10. in fin. quod totus mundus ita obſeruat, licet dicat, quod in hac quæſtione opus eſſet deciſione Imperatoris, quem refert Aug. ad. Ang. de malef. in verbo, Et ibi. caput, poſt numerum 9. & Marſil. conſilio 61. numero 19. refert etiam Anton. Gomeſ. libro primo delictorum, cap. primo, numer. 38. in fin. ſubdens quod licet contraria opi ſit magis cōmunis, tamen iſta ſeruaretnr iudicando, & cōſulendo. Hāc etiam opi. communiter ſeruari atteſtatur Gand. in titul. de aliquibus quæſtionibus num. 4. Idem dicit Paul. de Caſtro in l. 1. §. dixerit aliquis, nu. 6. ff. de publicanis, quē refert Gram. conſ. 35. nu. 56. & Roland. conſ. 35. nu. 48. lib. 2. Et dicit Rota Senen. deciſ. 9. poſita poſt conſ. crim. diuerſorum*